

trahunt, cum globis et pulveribus, nisi forsitan si super aquas istis maiores haberent.

Item, praefatas bombardas sequuntur currus quinquaginta, quemlibet currom trahunt quattuor equi, in singulo curru habetur sola una catena ferrea magna; quas catenas dicunt pertinere ad attinentias virium navalium seu vadorum dannubialium, ubicumque fiet prout audierunt.

Item, dicunt Caesarem plures non habere Janicarones nisi 11 milia, sed aliorum omnium exercituum ovis magnam summam esse dicunt, prout illuc promulgatum est terren . . . cum multitudinem camelorum et tentiorum.

Item, facit ducere quatringentos camellos sine onore aliquali qui ad acies belli instructi sunt, quos eo tunc . . . habebit, dum ad conflitum faciem voverit si per complura sunt.

Item dicunt, prout estimare potuerunt, Caesarem habere ducentos equos ductiles, Imbrain bassan centum et alios bassas minus.

Item, dicunt quod habet Caesar triginta duo rathar camellorum, vocabulo ipsorum nominatum, et in quolibet rathar sunt sex camelli, dicitque unum quodque rathar uno homo, itaque armigeros ipse plures habere nequit, quorum arma ista triginta duo rathar quae faciunt camellorum centum et nonaginta duo, ducere possunt demptis dominis qui solimet pro se arma ducent.

Item, elephantes duos habere dicunt, quos informant ad homines.

Item, quod ad maius cum manciis ad fidem eorum conversis veniunt, qui vocantur amazones et chyrkezii, plures inter alias nationes, sed non laudantur militiae eorum propter ignorantiam.

Item dicunt quod Caesar a Dimopoli usque Budam numerasset sibi hospitia sexaginta, tandemque cum his diebus per quattuor dies in uno loco pausasset fuisse facta commotio in populo suo. Qua de re Caesar ipse tanto tempore in uno loco contra consuetudinem tardaret principes autem ipsius 152 populum conduxerunt hiis verbis, quod Maiestas Vestra vellet mittere Caesari Arach ad annos decem; super quo universus populus multum gavisus est. Sed Caesar non vult acceptare.

Item, dicunt Caesarem infra sex dies in vado Zavii constitui posse, si vult.

Item, hoc etiam intelligisse dicunt, ut comissum esset Balii Bogo, quod ista ebdomada Zavum transfretaretur.

Item, quinta dies est quod in castris Imbraim quattuor turcos fulmen interfecit.

Item, victualia quamplura secum ducant unusquisque ad tres menses, quia timent combustionem victualium ante ipsos.

Item, de viribus navalibus parum intelligunt; referunt audivisse saltem quinquaginta naves machinas, sed gentem habent timidam.

Ideo Princeps et domine gratiosissime, Maiestas Vestra poterit habere bonam spem, quia Deo auxiliante hostes ipsos debellabit si festinaverit. Sin autem, nescio quid sperandum sit, nisi periculum regni.

Item, adhuc usquemodo non sunt gentes in Wylak et Titilio, sed nisi de propriis huius castris victualibus ad Titulum farinarum quartalia budent centum et octoginta et sales si pluribus provvidere possem, non infestarem cum hoc Maiestatem Vestram in tantum, sed suppleo humillime Maiestati Vestrae non dedignet provvidere, nam et haec gentes, quas Maiestas Vestra hic habet incipiunt deficere. Coeterum est enim ut non habeo quid iam ulterius illis confino; dignetur etiam Maiestas Vestra plures Hazadistarum suorum capitaneorum non habeat nisi Thomam Podvii Maii.

Item, dicunt quod non est concors adhuc debito modo Imbraim bassa cum ianicaronibus, quia segnatim in alio loco et non cum Caesare descendit in exercitum, omnes equos maioris Caesaris duo pedites portant et pauci sunt imo illos castri, sed sicuti equi armigeri regni Maiestatis Vestrae, quam altissimus Deus conservet de vota felicissima.

Ex castro Varadinipetri feria secunda post festum nativitatis beati Joannis Baptistae, anno domini 1526.

Vestrae Serenissimae Maiestatis fidelis Capellanus COLOCENSIS propria manu.

Reverendissimo Monsignore, et patrono ho- 153¹ norandissimo.

Di poi di la venuta di Joanne non ho havuto lettere di vostra reverendissima signoria, di che sto non poco meravigliato. Credo che vostra signoria ci tegni per spatiati, come in verità siemo, et non cura più di noi. Io ho scripto a vostra signoria continuamente, donandoli adviso de li successi turcheschi di mano in mano come si hanno intesi, et le ultime mie furno de li 24 de Junio. Heri poi

(1) La carta 152¹ è bianca.